



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

3. In idem principium, philosophum & scholasticos & rationem
conspirasse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

scens videt, id esse necesse est, tamen nullam habere naturæ necessitatem. Atqui Deus futura, quæ ex arbitrij libertate proveniunt præscientia contemnit. Hæc igitur ad incertum relata diuinum necessaria sunt per conditionem diuinæ notionis (cui præsentantur sicut nobis præsentia: per se vero considerata absoluta naturæ suæ libertate non definitur: superius eadem ratione, & similitudine suppositionis præsentis obiecti ad sui visionem vsus fuerat primo his verbis: [Scientia quoque eius omnem temporis supergressa motionem omnia, quasi iam gerantur simplici cognitione considerat:] post pauca: [quid igitur postulas, ut necessario fiant, quæ diuino lumine lustrantur: cum, nec homines quidem, necessitas faciant esse quæ videntur:] nam enim quæ præsentia certis aliquantibus necessitatibus addit intuitus: atque, si est diuini humanique præsentis digna collatio, uti vos vestro hoc temporario præsentis, quædam videris, ita ille omnia suo cernit æterni: Iterum post pauca: [sicui vos, cum pariter ambulatis in terra hominum, & oriri in cælo solem videris, quoniam simul vtrumque conspectum discernitis: & hoc voluntarium, illud esse necessarium iudicatis: ita igitur cuncta dispiciens diuinus intuitus qualiter rerum minime perturbat apud se quidem præsentiam: ad conditionem vero temporis futurorum:] Quam sententiam ex Boetio transcribere Burchardus lib. 20. c. 21. & Iuo p. 17. c. 23. ex quibus, & Gratianus 23. q. 4. post caput Valentinæ 23. tanquam Augustinianam, cum tamen Augustini verba, adhuc impositio ipsi lib. de prædest. (qui ei sententia fuit) non sint. Boetium tamen ad rem præsentem interprecatur eius Commentator Raymundus Palasius q. 1. ex Gratianis.

10. In idem argumentum scribit Leo Magnus serm. de pal. c. 2. [cum omnia, quæ in Christum ludæica admittit impetras tanto ante prædicta sunt, ut non, tam de futuris, quam de præsentibus prophetici sermo contextus: quid aliud nobis, quam sempiternarum dispositionum Dei incommutabilis ordo referatur:] apud quem, & discernenda iam diuinitate & iudicata, & futura iam facta sunt.] Bedæ post primo data supra statuta rerum præsentia, & socientia æternitati Dei: Si ergo in conspectu eius semper sumus, & præsentialiter nos videt, quales aut ex ipso futuri effemus in benum aut non ex ipso, sed ex nobis futuri effemus in malum non inconueniens fuit. Indeque post pauca nostrorum actum libertatem cum præscientia, & prædestinationis certitudine, & infallibilitate concordat verbis secundo loco ex ipso recitatis supra Gregor. Mag. 22. Moral. c. 23. alias 24. [Deo futurum nihil est, ante cunctos oculos præterita multa sunt, præsentia non transierunt, futura non veniunt: quippe, quia omne quod nobis fuit, & erit in eius prospectu præteritum est, & omne, quod præteritum, scire potest, potius quam præscire.] Post pauca: [In illo enim, nec præterita, nec futura reperiri queunt: sed cuncta mirabili immutabilitate durant: & quæ in seipsis simul omnia assistunt, nihilque in illo præterit, quod transiit: quia in æternitate eius modo quodam incomprehensibili cuncta volumina seculorum transeuntia manent, currentia stant:] Nemel. Episc. Emilien. c. 4. de natura hominis: Deo futura, tanquam præsentia sunt. Damasc. ubi supra. Deus enim, qui futurus erat, tanquam iam ortum intueri, &c. Hieron. post data ex Dial. 3. aduers. Pelag. habet: Nos, ut homines tantum de presentibus iudicare illam, cui futura iam facta sunt, de fine rerum non de exordio ferre sententiam. August. 15. de Trinit. c. 7. post med. [Quis potest istam sapientiam, qua nouit Deus omnia, ita, ut neque ea, quæ dicuntur præterita, ibi præterant, neque ea, quæ dicuntur futura, quasi desint, expectentur, ut veniant: sed & præterita, & futura cum præsentibus sint cuncta præsentia, &c.] Vnde vnum omnium tanquam præsentium diuinum intuitum esse docet. Propter de præsentia concordia agens 2. de vocatione gent. c. 34. proposita difficultate respondet, sed, qui se ingeniose hoc arbitrantur, opinari, non intelligunt scientiam Dei quæ, & præterita, & præsentia, & futura comitatur, tempore non tenetur: & tam in conspectu eius adstant ea, quæ gerenda sunt, quam illa quæ geruntur, aut gesta sunt: subditque futura esse æque immutabilia. Mirro in eandem sententiam plura Patrum testimoniis danda posita.

CERTAMEN III.

In idem principium, Philosophum, Scholasticos, & rationem conspici.

1. Constat idem principium ex Aristotele Periherm. c. 8. post med. Non enim (ait) quia affirmatio dicta est, aut negatio ideo erit, aut non erit, neque magis, si post annos centies centum, quam quantumcumque post tempore, fore, aut non fore dicatur. Vbi generatim de omni præscientia, & prædictione futuri ac non futuri (sub qua diuina etiam coercetur) locutus est, atque eius futuritionem, aut non futuritionem ab ea causari negauit: rationemque vniuersalem subiunxit, (quod scilicet futuri præcogniti, de quo agebat, necessitas ex suppositione ipsius futuri solummodo & consequens sit) his verbis: [Necesse quidem est, id quod est, tunc, cum est, esse: & id quod non est, cum non est, non esse: verumtamen, aut omne, quod est esse; aut omne quod non est, necesse non est. Non enim idem est omne quod est necessario esse, cum est, & simpliciter necessario esse: & de eo, quod non est simili modo: & in contradictione etiam ratio est eadem.] Eidem principio ad præsentem, & similem in prædestinatione concordiam ex Anselmi doctrina recitata certam. 2. adherere constanter Magist. in 1. d. 38. fine & d. 39. s. Hic ponitur, d. 40. s. verumtamen, vltus distinctione sensus compositi, seu coniuncti, & diuisi, seu disiuncti, omnem in præscientia, & prædestinatione nostrorum actum necessitatem antecedentem auersatus, solamque consequentem, siue ex suppositione, quod sit, admittens. Et d. illa 38. Præscit Deus, & prædicat, etiam, quæ non est ipse factururus, sicut præscit, & prædicat infidelitatem Iudæorum, sed non fecit: nec ideo quia præscit ad peccatum infidelitatis cogit: nec præscit, nec prædicat eorum mala, nisi essent ea habituri: quia sola merita illud præscit, non beneplacito auctoritatis. Quæ ratio inanis esset, si præscientia (quam admittit) futura causaret, ac non potius illa supponeret, ut præmereret. & fule Alexander 1. p. q. 24. memb. 5. Mag. Alber. quest. 61. memb. 8. certam. 4. recitandi, speciatimque de præscientia præsentis concordia: Richard. in 1. d. 39. a. vi. q. 6. corp. med. hæc habet. Secundum Anselmum lib. de concord. &c. [Est duplex necessitas vna præcedens, quæ facit rem esse, & vna sequens, quæ nihil cogit esse. Loquendo de prima necessitate non est verum, quod omnia futura de necessitate eueniunt: sed loquendo de necessitate secunda omnia futura de necessitate eueniunt: quia illa necessitas non plus dicit, nisi necessariam consequentiam euentus rei ad suam futuritionem, & Dei præscientiam: & certam tamen est, quod ista consequentia est necessaria: Hoc est futurum: ergo eueniet: & hoc est necessarium: Deus præscit, quod hoc eueniat: ergo eueniet: sed quia possibile est, ut aliqua futura nunquam fuerint futura (scilicet contingentia) ita possibile est, ut nunquam fuerint præscita.]

2. His negat præscientie Dei antecedentiam primo. Secundo ad eam futura supponi ac provide ab eis pendere, solumque necessitatem consequentem futurorum inducere, quæ est necessitas ostendi, cum sunt: quæ omnia ex Richardo relata per silentium approbat Carthusianus in 1. d. 38. qu. 2. post medium; nec, quoad diuinæ præscientie contingentiam de nomine (vbi ex licendis patet) cum illo deceret. Consonat A. gentina in 4. d. 40. 43. ad 8. eandem esse necessitatem antecedentem Anselmi, atque simplicem Boetij, & consequentem illius, atque huius conditionalem: cuius vocibus prædestinationis, & præscientie certitudinem cum futurorum contingentia, & libertate conciliat speciatim circa præscientie concordiam, sic fatuit: [Non plus virtute illius consequentia potest inferri, nisi quod Petrus saluabitur eo modo quo Deus præuidit seu præscit esse saluandum: sed Deus præuidit Petrum sua libera voluntate bene uti gratia sibi collata, & suis virtutibus, & meritis actibus vitam æternam]

eternam libere promereri: sequitur ergo conclusio, quæ est consequens ex supradicto antecedenti, quod Petrus saluabitur, & contingeret. Conciliat ergo necessitatem consequentiam à præscientia futuri contingentis ad huius existentiam, & futuritatem contingentem, & liberam, ex eo solum, quod ad Dei prævisionem bonus gratia vult in virtutibus, & actibus meritoris existens in se, & futurus libere, & contingenter præuideatur: ac proinde ad diuinam scientiam supponatur, non autem sequatur eius intrinsecam necessitatem: id quod eiusdem doctrinæ d. 41. a. 1. & 2. admittenti prædestinationem, & reprobationem formaliter oppositam ante præuisa absolute merita minime aduersatur, vt controu. 4. videbimus, etsi aduersari iudicet Ruiz d. 33. sect. 6. n. 7.

3. Pro eodem principio stat apertus, & constans S. Thom. vbique, atque ex eo concordiam præsentem statuit q. 2. de veritat. art. 2. ad 2. sic scribit: [Contingens refertur ad diuinam cognitionem, secundum quod ponitur esse in rerum natura: ex quo autem est, non potest non esse tunc, quando est, quia quod est necesse est esse quando est, vt in 1. Periherm. dicitur, non tamen sequitur, quod simpliciter dicatur necessarium, nec, quod scientia Dei fallatur, sicut & visus meus non fallitur dum video Petrum sedere, quamuis hoc sit contingens, & ad 3. contingens pro tanto dicitur necessarium secundum quod est scitum à Deo, quia scitur ab eo, secundum quod est iam præsens, non secundum quod futurum est: nec ex hoc aliquam necessitatem fortitur, vt dici possit, quod necessarium eueniet, eueniens enim non est nisi eius quod futurum est: quia id quod iam est, non potest non euenire.] Ad 4. vero habet: *Refertur res ad Dei cognitionem secundum quod est in sua præsentia*: Ex quibus potestem constat illud, quod dixerat non cognosci futurum à Deo, vt futurum, sed, vt iam præsens, intelligi debere eomparatione æternitatis, quia Deus cognoscit, & iudicat de temporariis, cui nihil temporis decurrit, vel præterit, vel succedit, cum indiuisibilis tota æternæ simul sit; non vero relate ad tempus, & durationem Deo extrinsecam, qua temporaria durant, prætereunt & succedunt: etenim relate ad tempus futura in sua præsentia à Deo cognosci docet, ac proinde futura, nec in se præsentia, vt statim ex responsione colligimus, quæ est eius ad 7. Secundo, ex his locis constat: S. Thom. inde concordare necessitatem præscientiæ cum contingentia futuri, quia ea necessitas non antecedit, sed consequens est ipsum futurum, ortaque ex eo, quod futurum est; siue pro suo tunc, præsens, sua æternitate à Deo videtur, & id, quod pro aliqua duratione est, implicat non esse, quando est. Aperte ergo docet futurum ad præscientiam supponi, non autem ab ea esse futurum: alioqui præscientiæ necessitas non esset consequens, sed antecedens futurum, cuiusque libertatem euertere iuxta S. Thom. Patres, & Scholasticos dandos certam. 4.

4. Eidem concordia, & principio insitit ad 7. verbis hinc. [Quamuis res in seipsa sit futura, tamen secundum modum cognoscens est præsens, & ideo magis esset dicendum: si Deus scit aliquid illud est, quam hoc erit: vnde idem est iudicium de ista; si Deus scit aliquid hoc erit: & de hac: si ego video Socratem currere Socrates currit: quorum vtrumque est necessarium cum est:] item 1. p. q. 14. a. 13. ad 2. [Si dicam: si Deus scit aliquid illud erit, consequens intelligendum est, prout subest diuinæ scientiæ: scilicet, prout est in sua præsentia: & sic necessarium est, sicut antecedens: quia omne, quod est, dum est, necesse est esse.] Eodem modo & sententia cum libertate contingentis futuri, necessitatem præscientiæ conciliat ad 4. sine, quia illud esse pro sua duratione supponit, & omne, quod est quando est, necesse est esse: ac proinde consequens solum necessitas est, non antecedens futuri libertati repugnans: eandem doctrinam reperit, & confirmat a. 12. corp. post med. [Sicut visus noster non fallitur videns contingentia, cum sint præsentia, & tamen ex hoc non remouetur, quin illa contingenter eueniant: ita Deus infallibiliter videt omnia contingentia, quia sibi non sunt futura, sed ea inspicit esse tunc, quando sunt.] Et qu. 16. de malo art. 7. ad 15. rem exemplo eodem fufius explicato illustrat. [Sicut inquit se habet diuinæ scientia ad futura contingentia, sic se habet oculus noster ad contingents, quæ in præsentia sunt. Vnde, sicut certissime vi-

demus Socratem sedere, cum sedet; neque tamen propter hoc sequitur, quod sit simpliciter necessarium: ita etiam ex hoc, quod Deus videt omnia, quæ eueniunt in seipsis, non tollitur contingentia eorum.] Et in 1. d. 40. q. 3. corpore sine [Adæquatio scientiæ (diuinæ) ad rem attenditur, non secundum quod est in causis, in quibus est, vt possibile, futurum, sed ad ipsam rem, secundum quod habet esse determinatum, prout est præsens, & non futurum.] Et 1. cont. gent. c. 67. vers. fin. [Si vnumquodque à Deo cognoscitur, sicut præsentia vifum sit, necessarium erit esse, quod Deus cognoscit: sicut necessarium est Socratem sedere ex hoc, quod videtur sedere. Hoc autem non est necessarium absolute, veluti à quibusdam dicitur necessitate consequentis & sub conditione, vel necessitate consequentia. Hæc enim conditionalis est necessitas: si Socrates videtur sedere Socrates sedet,] Sed clarius adhuc, & illustrius in eandem sententiam fatum in 1. d. 38. a. 5. corp. [Causæ quædam sunt, ex quibus sequitur effectus necessarius, quæ impediri non possunt:] & in his ait posse effectum certa demonstratione fieri: [quædam autem sunt, quæ se habent ad vtrumlibet, & in istis causis effectus de futuro nullam habet certitudinem, vel determinationem; & ideo contingentia ad vtrumlibet nullo modo cognosci possunt:] sed quando iam efficiuntur in rerum natura, tunc habent in seipsis esse determinatum, & ideo, quando sunt in actu certitudinaliter cognoscuntur, vt patet in eo qui videt Socratem currere: quia Socratem currere, dum currit necessarium est, & certam cognitionem habere potest. Dico igitur: quod intellectus diuinus inuenit ab æternæ vnumquodque contingentium, non solum prout est in causis suis; sed prout est in esse suo determinatum.] Ad 2. vero ait: [cognitio Dei æternitate mensuratur, quæ eadem manens omni temporis præsens est: ideo vnumquodque contingentium, videt, prout est in suo actu:] & ad 3. [Actus diuinæ cognitionis transit supra contingens, etiam si futurum sit, nunc, sicut transit visus noster super ipsum, dum est; & quia omne quod est, quando est, necesse est, quod tamen absolute non est necessarium: ideo dicitur, quod in se consideratur est contingens, sed relate ad Dei cognitionem est necessarium: quia ad ipsum non refertur eius cognitio, nisi secundum quod est in esse actuali: & ideo simile est; sicut si ego viderem Socratem præsentia liter currere, & inde bona est distinctio de necessitate consequentia, non consequentis conditionalis, non absolute:] & ad 4. [Ideo dicendum est: quod antecedens (Deus præscit Socratem currere) est necessarium absolute, tum ex immobilitate actus, tum etiam ex ordine ad scitum, quia ista res non ponitur subiacere scientiæ diuinæ, nisi, dum est actu, secundum quod determinatorem, & certitudinem habet: ipsam enim necesse est esse, dum est. Et ideo similis necessitas est, inferenda in consequente, ergo currit: vt, scilicet, accipiat ipsum, quod est Socratem currere, secundum quod est in actu, & sic determinationem, & necessitatem habet: non enim sequitur ex antecedente, nisi secundum quod substat diuinæ scientiæ, cui subiicitur, prout consideratur præsentia liter in suo esse actuali: vnde etiam sic sumendum est consequens: quomodo patet, quod consequens necessarium est. Necesse est enim Socratem currere, dum currit.] Denique prima p. q. 14. a. 8. eam scientiam causam rerum esse ait, quæ ad opposita se habet, atque adeo ex illis vnum non produceret, nisi determinaretur ad vnum per appetitum. Cum tamen scientia futuritionis, non sit indifferens, & ad opposita, sed determinata, nec sequentem habeat appetitum, quo determinetur. q. item 19. a. 4. & 2. de veritat. a. 14. corpore, & ad Annibald. in 1. d. 38. a. 1. ad ult. & a. 2. corp. & ad 1. docet recte à Magistro dici scientiam Dei, quæ sola est causa rerum, esse scientiam coniunctam voluntati Dei, quæ proinde beneplaciti scientia dicitur ab illo, quod soli scientia simplicis intelligentiæ, vel conditionatæ, non visionis, potest conuenire, & 1. par. q. 14. a. 8. citato & quæst. 22. a. 2. scientiam Dei rerum effectiuam esse ait: quemadmodum quod scientia artificis est artefacti causa; scilicet, dirigendo ipsum, ut illa edat, quod visioni nullatenus conuenit.

5. Ex hac Angelici Præceptoris doctrina, & aliquot ex datis testimoniis, alii que, quæ recitat Capreolus, præsentem concordiam tradit, ex eo quod necessitas præscientiæ ad futurum antecedens non sit; sed consequens, acque

atque ipsum futurum contingens supponat in 1. d. 38. q. 1. a. 2. concl. 1. a. 3. 4. & 7. & d. 40. a. 3. concl. 1. eius huc habet: [Sicut visus meus nullam imponit necessitatem cur sui fortis: ita neque diuina præscientia rei præcitat. Tamen, sicut impossibile est me videre fortem currere, & non ita esse, quod fortis currat, quia visus meus fertur super cursum illum, & est in sua præsentia: ita impossibile est quod Deus aliquid præcitat, & illud non eueniat.] Eadem concordia, & doctrina necessitatis futuri contingentis præciti solum ex suppositione, quod futurum sit, & actu pro sua duratione ad præscientiam sui supponatur visus semper est Deza Hispal in 1. d. 38. q. 1. a. 3. not. 2. ante med. art. 4. ad argumentum contra 2. 4. & 5. concl. & col. ult. ad 1. & 2. argum. Gregorij, & d. 45. q. vlt. ca. 2. not. 4. & 5. & a. 4. ad argument. cont. 2. part. 4. concl. Caier. 1. p. qu. 14. a. 3. sub init. *S. Aduerte hic*, ait: [Res quantumcunque contingens ex statu præsentis contrahit quendam necessitatem modum ex suppositione status ad ipsam sub tali pertingentem, vt patet ex 1. Perihem. quia vnumquodque, quod est, quando est, necessario est. Res autem, vt futura, seu in potentia, cum non sit, talem necessitatem modum non contrahit, sed contingens, & in statu contingentiæ absque tali necessitate relinquitur: & propterea contingens, vt præsens, potest subdi inuisibili & certæ scientiæ, & s. Ad quartum subdi certæ, & inuisibili cognitioni conuenit rei, secundum quod est actu, sic enim terminat diuinum intuitum: esse vero contingens futurum conuenit ei, secundum quod est in suis. s. Ad secundam probationem, inquit, scilicet fortis non esse capacem, vt sit terminus certæ Dei notitiæ, nisi, secundum quod est in se certæ.] Et sine quæstionem, quas retractat circa solut. ad 1. sic ait: [licet cursus fortis in se, & simpliciter contingens; tamen cursus fortis, supposito, quod in necessarium est, dum est: vt patet 1. Perihem: est adiungas his, quod cursus Sortis non est capax, vt terminet intellectum diuinum, nisi, vt præsens dum est: consequens erit quod cursus Sortis relectus ad diuinam scientiam, vt sic est necessarius: id est in statu necessitatis, quamuis in se sit contingens, & relationem ad causas proximas sit contingens.] Repetit verbi. finem articuli 5. *Ad euidenciam*: & s. *Ad primam* etc.

6. Eandem concordiam ex suppositione contingentis futuri pro sua duratione ad Dei præscientiam tuetur Ferrara & uo etiam Angelico Præceptore 1. cont. gent. c. 67. verbi illius, que propria etiam fecit, [Contingens certitudinis cognitionis non repugnat, nisi secundum quod futurum est; non autem secundum quod præsens est: contingens enim cum futurum est potest non esse: & sic cognitio æternitatis ipsum futurum esse falli potest: fallere enim, si non erit, quod futurum esse æstimaui; ex quo autem præsens est pro illo tempore non potest non esse.] Repetit s. vlt. eius comment. & col. 3. s. *Aliter* etiam, ait: non potest certitudinaliter cognosci causa multo modo impediti ad productionem effectus nisi quando cognoscitur vtque ad ipsam productionem effectus inclusio, quod non impeditur: & s. penult. cum s. Thom. ait: *Sic necessarium esse quod Deus cognoscit sicut necessarium est fortis sedere, ex eo quod sedere videtur: & quod videtur sedere, necesse est sedere.* Ne latum quidem vnguem à suo etiam Angelico Præceptore hac in re discrepauit verus Dominicanus scriptor Theophilus Raynerius in sua Pantheolog. verbo præscientia c. 7. & to. 15. & 16. præscientiam cum futuri contingentia concilians, quod illa certo, & infallibiliter, vt debet, in nostris actus, non prout sunt in causis suis, sed, vt sunt actu, & in se pro sua præsentia: quod in iam actu præsens feratur: & in solutionibus vtrius distinctionibus necessitatis absolute, & consequentis, atque consequentiæ, & conditionate, & vtriusque earum propositionum modalium de dicto solum, seu compositas esse aie: de re vero diuisas esse falsas, vt debet etiam Ferrara vbi proxime ex sancto Thoma. Ex eadem familia & Schola s. Thom. Magister Generalis Franciscus Romeus, qui Tridentino adfuit, lib. de libert. oper. verit. 8. sine ita necessitatem, & infallibilitatem præscientiæ ex fere omnium Doctorum antiquorum sententia conciliat. Illud, inquit, non præcedendum: quod si ad aliquos Doctores se conuertat, reperiet fere omnes in eam eam conuenisse sententiam: non ex eo, quod Deus

scit aliquid futurum, idcirco futurum est, sed quia futurum est, Deum neutrum, qui est præscius futurorum: citatque aliquot ex relictis Patribus cert. 2. iubet: *scilicet perique Orthodoxi Proceres*: eiusdem sententiæ fuit Hieronymus Generalis eiusdem familie Magister vetustior, & s. Thom. auditor loco sape citato 1. sentent. Quo vero iure fere omnium Patrum, & Doctorum, tam suar, quam aliarum Scholarum eam sententiam esse dixerit, & ex dictis, & dicendis claret: denique vetustior s. Thom. Dominicanus scriptor Vincentius Beluacensis tom. 1. lib. 29. c. 62. sine in eandem sententiam exemplo etiam intuitionis præsentium scripsit: *Quia ergo earent existendi necessitate, cum fuerint, eadem vtique, priusquam sunt, sine necessitate futura sunt: sicut enim præsentium scientia nihil necessitatis importat his, quæ sunt: ita neque præscientia futurorum his quæ futura sunt.* Et c. 25. ex doctrina Boetij recitata ait necessitatem futurorum ex præscientia solum esse conditionalem quæ supponit actionem liberam actu existentem, & quasi præteritam ac proinde eorum libertati non officere.

7. Sic etiam Sanctus Bonaventura & cenfer, & scribit in 1. d. 38. a. 2. qu. 1. ad 1. *Necessitas absoluta, quæ opponitur contingentia dicitur necessitas consequentia: & necessitas respectiva dicitur necessitas consequentia: & hæc non opponitur contingentia. Nam aliquid contingens necessario sequitur: vt si ambulat, necessario sequitur quod mouetur.* Dicendum ergo, quod in præscito non est necessitas absoluta, sed solum consequentia, orta scilicet ex suppositione, quod ipsum in se exitens, & præsentia: licet pro duratione sit, vt ad eius præscientiam opus est, id quod expresse, d. 40. a. 2. q. 1. corpore: vbi pro necessitate consequentiæ conditionalem dicit, ab eaque excludi debere, quod in quantum dicit rationem cause necessarii ponat effectum exemplo illo Boetij 5. de consolator. prola 4. *Aspicientis de loco eminenti circumiacentem regionem, adducto ait, Talis est aspectus diuina præscientia, quia ab æterno cognouit, quod cogitare poteramus, vel velle: & simul cum hoc vidit in quam partem nostra voluerat, & operatio inclinatur: & quia totum posse, & velle, & agere completitur: ideo non potest falli.* Carth. in 1. d. 38. q. 1. approbat omnino concordiam s. Thom. ex eo quod præscientia supponat actualem existentiam futurorum: unde eius ad futura necessitatem existentiam futurorum, non absolutam, & consequentem esse docet: & q. 2. illud Boetianum futura relata ad scientiam Dei, necessaria esse, ad causas vero suas contingentia: atque in generali solutione argumentorum principio positorum ait: *Dato, quod tanta perfectiōne, quæ illuminationis esset nostra scientia, quod omnem rerum ordinem, & causarum cohabitandem omnem, ne motum euentus vniuersorum certissime nosceremus, hoc nō auferret ærebus cognitis, quod conuenit eis ex propria natura. & per comparationem ad propria, & proximas causas.* Quibus aperte docet, præscientiam nullam in causis futuri contingentis numerandam esse: sed potius illud supponere: ac proinde solum necessitatem consequentem illi asserere quod ipsum Caier. recitatus num. 5. verbi fin. s. Thom. & alij, qui aiebant non cognosci futurum, vt futurum, sed, vt actu, & præsens, ac ipi sua præsentia: est cognosci: quia contingens, vt futurum non in se, sed prout in causis suis intelligunt.

8. Gregorius in 1. d. 38. a. 3. probat, 1. principali ait: *Præscientia Dei nihil veritatis, aut necessitatis, aut contingentia addit scire. Neque magis necessario perit ab æterno, quam, si Deus hoc penitus ignoraret: quia neque homines necessaria faciunt esse quæ vident, vt Boetius lupra aiebat: nempe Dei ac hominum visio objecta non causat sed supponit, s. in tertio autem, sensu approbat ad præsentem concordiam distinctionem de necessitate absolute, & consequentis, & de conditionali, & consequentiæ, siue antecedente, & consequente Anticmi: item d. 39. q. 1. art. 1. concl. 4. & d. 40. q. vlt. a. 3. iuit distinctionem sensus compositi, & diuisi: semperque supponit præscientiam contingentis actionis illam supponere, ab eaque pendere: ita, vt hæc absolute, vt potest, sublata, non esset præuisa, idem docet Adam in 3. d. 14. q. 2. conc. 2. 6. 7. & sine & q. 3. dub. 1. & antea exemplo Boetij vltus: & non ideo futura, quia præsciuntur, sed contra, quia futura determinari Deum ad ea præscienda, & dub. 2. ad 2. c. Augustinus*

RTEGA
A. p. a. r. i.
VIA

Augustino adducit distinctionem, necessitatis consequentis, & consequentis, & dubi. 3. post med. ex Epetio simplicis, & conditionalis. Masili. in 1. d. 40. eodem modo rem hanc post multos ambages tandem conciliat a. 2. ante 4. conclusionem & 3. p. art. supposit. 6. exemplo Boëtiano visionis praesentium: & sine quaestione ad rationem 5. arguit: *Deus scit Socratem peccaturum cras: ergo peccabit cras.* Respondet, in potestate Socratis esse facere, ut nunquam fuerit verum illud antecedens: quia in potestate Socratis est non peccare: quod si non peccaret, hoc antecedens non fuisset verum: quia additio potestatis eius est, ut nunquam fuerit vera propositio *peccabit cras*: ac proinde, nec fuerit in Deo, & concludit. 7. applicat huic solutioni distinctionem modalis compositae, & diuisae, & necessitatis consequentis, & consequentis. Bassolis in 1. d. 40. a. 13. ad rem hanc utitur distinctione necessitatis absolutae, & conditionatae, atque in sensu composito, & diuiso: quia potest absolute non peccare, ac diuidero subinde, & impedire praesentiam. Hac utraque distinctione sensu eodem ad rem hanc utitur Nicolaus Orbellis in 1. d. 39. a. 2. & d. 40. a. 2. Glossa 23. q. 4. c. Valisra 23. 8. Non ergo, distinctione vero consequentis, & consequentiae eo ipso sensu vltus est Enchir. Colon. Christian. instit. tract. de Sacram. panis. prope rit. de confess. cap. paucis tantum, licet enim dixisset, *qua sua natura necessaria non sunt, nec essario sequi propter praecedentes causas.* Scilicet praesentiam, & praedestinationem: de praedestinatione in tempore intelligit, & causis illationis, & consequentiae, non futuritionis, & existentiae contingentium, quas illas esse negat, subdit enim: *licet Deus praesciuerit hominem casurum, non tamen per hanc praescientiam homini naturaliter illud donum, quod creando impertit ademit, aut ut se ageret coegit, aut impulit: & hinc cap. Oportebat impleri Scripturam de Iuda. Nam, cum Deus prauidisset malam Iudae voluntatem hoc impium facinus patraturum: id ipsum per Prophetam futurum praedixit.*

9. Consequenti Valdensis, & Armacanus qui 16. de quaestione Armenorum cap. 5. init. Praesentia Dei non magis imponit necessitatem rebus futuris, in quantum est sola praesentia, quam mea praesentia faceret, Reddit, rationem, quia Dei praesentia in quantum huius non est causa rerum, sed potius ipsam esse praesentiam, est posterius ratione causali quam res esse futuras. Et c. 14. distinctione sensus compositi, & diuisi praesentiae, & praedestinationis necessitatem cum futurorum libertate concordat. Henricus de Gandauo quodlib. 4. q. 18. impossibilitatem non essendi futurum praesentium, ac praedestinatum cum eius contingentia componit, quia est impossibilitas non essendi, ex eo quod sit, ut ille (inquit) quem video stare, potuit cecidisse illo tempore, quo stetit: & tamen non sunt possibilia simul quod eum videam stare, & quod eodem tempore corruat, in quo video eum stare: Durand. in 1. d. 38. q. 3. a. 3. a. num. 20. praesentiam cum libertate conciliat: quoniam Deus scit infallibiliter, quae possunt determinare liberum arbitrium, & quae determinabunt, & quae possunt impedire quaecunque causam impedibilem, & quae impediunt. Sensusque compositi, & diuisi distinctione ad hanc utitur concordiam: sicuti & d. 39. q. 1. num. 12. & ad concordiam praedestinationis d. 40. q. 1. u. 7. & 8. quibus non aduertatur cum ait: praedeterminatos esse homines, eorumque merita praedeterminata, & voluta à Deo esse ante horum absolutionem, ut docet d. 41. q. 2. fin. & d. 47. q. 1. num. 6. Gabriel ead. d. 38. q. v. u. a. 2. circa med. Okami doctrinam relata num. 32. sic declarat: Sicut nostra notitia intuitiva, qua euidenter cognoscimus verum contingens praesens, non addit ipsi contingentia aliterquam necessitatem: ita notitia euidentis, & infallibilis Dei rebus contingentibus futuris nullam necessitatem imponit: quia utique actu esse pro sua duratione futura praeposit: neque necessitatem, quae hinc non oritur, praesentiae admittit: utrique ideo distinctione sensus compositi & diuisi: constat tam eo loco quam a. 3. dub. 8. & d. 39. fine: quia etiam distinctione ad rem praesentem utitur peruersus Doctor Michael de Bononia in 1. d. 29. q. vii. Driedo c. 3. de concord. Bachon. in 1. d. 40. a. 2. post med. & a. 4. praesentiae, & praedestinationis certitudinem cum futuri contingentis libertate conciliat: quia Deus respectu illius permittit se ad illud in ordine ad voluntatis determinationem, & praesentia supponit futurum

estque dependentem ab illo: unde ait esse inuitabile *concomitanter, conditionaliter*, Okam in 1. d. 38. q. vii. veritas, utrumque concordat, quia praesentia supponit futurum veritatem, ac si Deus ad illud non concurreret. Marcus Anton. Natte 9. de Deo pag. 6. quia Deus proprie, & respectu sui videt ea praesentia, non autem proprie futura: quare, nec magis necessaria illa reddit, quam nos cum aliorum libera opera videmus ex eadem praesuppositione actualis futuritionis, & existentiae contingentis pro sua duratione aeternitatis Dei coexistentis, & praesentis eius contingentiam cum praesentiae necessitate vnicuique concordari posse, docet fide Abulenensis in 1. l. i. l. i. q. 75. ad 78. & q. 36. in Marth. 18. verba illa: *necesse est, ut veniat sanctus datus.*

CERTAMEN IV.

Colligitur auctoritatis pondus rationis
praefata ex Patribus, & Scholasticis
disiectis testimoniis aduersis, & recitatorum tentatis euasionibus.

1. Ex quibus omnibus ad oculum, ut aiunt, patet omnium Patrum, & Scholasticorum (praeter paucos, nec primae notae Thomistas Recentiores) futura contingentia in se pro sua duratione existentia, ita necessario ad diuinam praesentiam supponi, ut eis pro sua duratione libere non possit, nullatenus praesentia fuissent, non autem e contra: quia ad eorum existentiam praesentia Dei de ipsis nullatenus natura, & causalitate praecedit: id quod contra praefatos Recentiores statuendum in praesentia propositum, plique nimio ab auctoritate hactenus probauimus. A ratione vero ostendi facile potest: quia praesentia, cuiusque intrinseca necessitas, ac infallibilis veritas, & certitudo contingens futurum, atque existens in se pro sua duratione non supponeret, sed natura potius ipsum anteciret, illius libertatem, & contingentiam aboleret: maxime, cum in horum Thomistarum sententia, sit proximum, & immediatum principium contingentis futuri subsequens voluntatem Dei, imperanteque illud ad executionem intimam illius voluntatis per ipsam, ut fuit in simili de praesentibus Dominicanis Recentiorum ostendimus sequenti controu. cunctis eorum euasionibus obturatis. Praesentem vero principium nihil à ratione est, quod negotij aliquid faciat: cum pure acquiescenti de praedestinatione durationis in praesentia, cum praecedentia causalitatis, & naturae innitatur. Ex qua acquiescenti, si quid, non admodum crassum, obici possit, etiam si diligemus. Alterum autem à ratione, & auctoritate simul obicitur: hoc siquidem principium, quia futurum est, praescit: proprie dici non posse Scholastici praecitati, alique expresse docent: videturque ei rationi inniti: quod diuina praesentia, qua diuina, neque causam habere sui, neque ab alio esse, aut dependere potest: id quod in nostris principiis, adhuc est vrgentius: omnem enim Dei dependentiam à creaturis, etiam in statu possibilitatis, qui contingens non est, non solum, tanquam à causa, sed adhuc tanquam à termino connexionis obligauimus controu. 1. atque adeo, ne Dei quidem potentiam, diuinumque quoddam attributum, aut praedicatum creaturis connexionem possibilibus, ab eoque, tanquam à termino sui dependens admireremur, citius ergo praesentiae diuinae dependentia haec à futuris contingentibus, & defectibilibus, absolute adhuc, tanquam à termino connexionis deneganda est. Ab hac difficultate, licet connotantes Doctores, perque per extrinsecam connotata actus liberos Dei constituentes, facile se expediunt, secus nos, qui semper eam sententiam fuimus excoli.

2. Accedit Patrum auctoritas, qui expresse eam causalem, atque ob proximam rationem, videntur abicere: exemplo sint Augustinus 15. de Trinitate cap. 13. dicens: *variis creaturas, & spirituales, & corporales, non quia sunt iudicantur: sed ideo sunt, quia nunt.* Non enim